HN. 248635

ELEONORA, MAGDALENA, THERESIA
Divina favente Clementiâ Romanorum Imperatrix
Hungariæ et Bohemiæ Regina Archidux Austriæ
Nata Princeps Palatina Rheni &c.

Illustris Syncerè nobis dilecte; Consuetam versus nos vigere Venerationem ex litteris v̄ris 20: Mensis Novembris præterlapsi Anni Ulisippone exaratis, benevolo recepimus animo, dum nobis de festis Natalitiis congratulamini, undè vicissim vobis cuncta felicitatis Auguria animitus apprecamur; hac quoq; occasione particulari quadam satisfactione intelleximus, quod Concredito vobis publico Legationis munere, cum consensu Lusitaniæ Regis et Reginæ satisfeceritis, studiumq; v̄rum et servitia ad nutum ejusdem Reginæ amantissimæ D̄næ filiæ n̄ræ, amantissimi quoq; D̄ni filij n̄ri Regis Catholici vertatis, undè imposterum etiam omnia fausta evenienda â dexteritate et vigilantia v̄ra exspectamus, ac in reliquo

gratiâ et Benevolentiâ nrã vobis perquam
addicta manemus; dabantr. Viennae iij.
Maij 1710.

Eleonora Magdalena Theresia

Illustri Syncere nobis dilecto Comiti
de Stampa Dilectiss.mi Dni filij nri
Catholicae Majestatis in Lusitaniam
ablegato.

Lisabonae

281.780/8